



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**REPERTO||RIVM LIBRORVM TRI||VM IOANNIS BOEMI DE
OM||NIVM GENTIVM RITIBVS,||**

Boehme, Johann

Augustæ Vindelicorum, 1520

VD16 VD16 B 6316

De Æthiopia & gentis eius priscis moribus. Caput Quartum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98144](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98144)

De omnium gentium ritibus.

Asinos ibi nasci auctor est: & Dracones insuper Hyænas Histricæ: agrestis arietes: Thoas ex Hyæna & Lupo genitas: Pantheras: Ciconias: Pigardos: Sthrutios: & præter multa serpentum genera Cerastras & Aspidem: cui pesti Iencumonem minimum animal oppoluit natura.

De Æthiopia & gentis eius præcis moribus.

Caput Quartum.

Æthiopia duplex hodie India dicitur.

Appellatio Æthiopiæ

Qualitas Æthiopiæ Mortalium verissimi mi Æthiopes.

Deorum cultus ab Æthiopiis institutus.

Littere quibus vsi Æthiopes

Rex ex sacerdotibus pharænicus eligitur

Obedientia Æthiopiæ

Attende honorem regibus impensum

Vestitus Æthiopiæ

Studium & exercitium

Æthiopia duplex regio est Asia & Africæ: altera, quæ & hodie India dicitur: ad orientem solem Rubro & Barbarico mari alluitur: ad septentrionem Libyæ & Ægypto contigua: ad occidentem interiorem habet Libyam: a reliqua parte, qua austro iacet obuersa: alteri iungitur Æthiopia, quæ maior est & australior: sic appellata ab Æthiopo Vulcani filio, qui illi præfuit: ut Plinius ait: vel a Cræco *ἄθος* cremo. & aspectus: quod solis vicinitate torreat. Est enim iugis æstus. Quicquid eius est sub meridiano cardine est. Montuosa est circa occidentem, arenosa in medio, ad orientem deserta. Plurimas habet gentes diuerso vultu & monstruoso, specie horribiles, Primi omnium mortalium creduntur verissimiq; indigenæ, & seruitutem nunquam experti, Semper genti libertas incolumis mansit. Primo decorum cultum apud eos institutum memorant: primasq; sacrorum caerimonias. Duplicem literarum vsus, ut quæ sacræ dicerentur Sacerdotibus dumtaxat notæ essent: Alterum earum, quæ vulgo paterent. Fuerunt tamen literarum figuræ haud tales: ut ex illis syllabæ coalescerent: sed animantibus exuemisq; hominum partibus, varijsq; instrumentis, artificumq; perçis similes, singulisq; sua inerat figuris significatio: ut in accipitre celeritas: in crocodillo maius: custodia in oculo: sicq; alia in alijs. Ex sacerdotibus, quem pharænicis cursu circumferri viderint, omnium sanctissimum iudicant, Quem ubi Regem creauerint, veluti numen insit, aut sit ad minus diuina prouidentia eis datus, vulgo adorant, vitam is agere statutam legibus debet, omniaq; facere iuxta patrios mores. Neminem neq; præmio neq; poena afficere. In quem autem animaduertitum volet licetorem signum mortis habentem ad eum mittit, quo in speculo confestim, quisquis ille est, domum reuersus sibi mortem consciscit. Tantus regibus honor tantumq; studium ab his tribuebatur: ut si quando aliqua corporis parte ex quavis causa debilitaretur Rex domestici homines sponte sua eandem partem debilitarent. Turpe existimantes. Rege claudos aut monoculos & non amicos omnis claudos aut monoculos esse. Ferunt quoq; consuetudinis esse, amicos vltro in Regis morte vita defungi, existimantes eum interitum gloriosum veræq; amicitia testem. Plures syderis propinquitate nudi agunt: ouillis caudis pudenda obregunt: quid: sed pauci omnino pecorū vestimentis pellibus. Alii subligacula capillis contexta ad medium corpus inducunt. Pecuariam vulgo exercent: pecora pusilla admodum duri hirtiq; velleris. Canes & ipsi nihilo maiores: cæterum asperi & pugnaces. Multum hordeiq; frequens vsus: vnde potum etiam conficiunt: cæteris carent frugibus: præter palmas: easq; per raras. Quidam herbis victitant, tenuioribusq;

harundinū radicibus, carnibus, lacte, caseo vescunt. Meroe fuit olim regni ca-
 put, clypei figuram ea insula imitatur: ad tria milia stadiorū cum Nilo proten-
 sa. Accolunt pastores eam, qui passim venant, & agricolæ aurifodinas ha-
 bent. Herodotus auctor est, apud Macrobios Æthiopes æs pluris existima-
 ri, quæ aurum, cuius tam vilis sit usus, vt Cambysis legati eo profecti, fontes vi-
 derint aureis catheris in custodia vinctos. Quidam Sisamū, alij lotū serunt:
 Hebeno abundant, & Siliquaastro, Elephantes venantur & comedunt: Leo-
 nes habent, Rhinocerotā, Basiliscos, Pardalos, Draconesq; , qui multiplici
 nexu implicitos Elephantes haustu sanguinis conficiunt. Hyacinthus ibi &
 Chrysoprasus reperiunt. Colligit & Cinnamomū. Arcubus vtunt quadricu-
 bitalibus ligneis & perustis. Instruunt bello & mulieres, quarū plærq; oris
 labiū æneo traiectū habent circulo. Venerant eorū quidā orientem solem,
 occidentem diris supplicationibus insectant. Mortuos nonnulli in profluen-
 tem deiciunt: alij fictilibus condunt dolijs: quidā etiam vitreis conditos do-
 mi in annū asseruant: religiosq; interim colunt, primitias offerunt. Sunt qui
 tradant Regem ab his potissimū declarari, qui forma & alendorū pecorū pe-
 ritia, roboreq; & opibus cæteros antecellat. Fuisseq; ius olim vt Memphiti-
 cis, Sacerdotibus mortis per internunciū Imperandæ, alteriusq; inde mor-
 tui locum, quum libitum esset, constituendi. Deum alterū immortalem cre-
 dere: eum qui rerum sit princeps atq; vniuersi conditor: mortalem alterū eū
 q; incertum. Regem, vt dictum est, & eum, qui de ciuitate optime meritis
 sit, secundū post Regem, vt deos venerant. Et talis fuit ab initio, & iam ante
 multa sæcula Æthiopiæ status: hi gentis ritus & mores. Hodie vero: vt se Mar-
 cus Anthonius Sabellius: ex quo maiorem partem eorum, quæ hic, & in se-
 quentibus a nobis dicunt accepimus, ab ipsis locorū illorū indigenis cogno-
 uisse dicit. Æthiopiæ Rex, quem nostri Pretoianem vocant, ac sacerdotem
 Ioannem siue Ianem: illi Giam, i. potentem, tam potens est vt duobus & se-
 xaginta alijs regibus imperitare prædicet: magnorū Antistitū desideria ad
 ipsum omnia referri. Atq; sacerdotia impetrari, quod Rhomanus Pontifex
 Regum Maiestati dedit. Sacerdos tamen ipse non est: nec vllis sacris inici-
 atus: Primorū Antistitum ingens numerus: atq; cuiq; horū, vt minimū, vigin-
 ti obediunt episcopi. Princeps atq; alios maioris dignitatis Antistites, quū
 in apertum exeunt, crux præcedit, & aureū vas terra refertum, vt hoc inspe-
 ctum euntem suæ admoneat mortalitatis, illa dominicæ passionis. Sacerdo-
 tes procreationis causa ducunt vxorem, quā, si morte amiserint, nefas est aliā
 superducere. Magna diuorū templa, ac nostris opulentiora, plurimūq; forni-
 cato opere ad summūeducta. Multæ piorū ordinum familiar. Anthonij, Do-
 minici, Calaguritani, Augustini, Macharæi, Colore amiciunt indiscretio anti-
 stitum permisso. Secundū deum optimū deiparāq; virginem summa in his
 terris veneratio Thomæ cognomento Didymo. Regū ille maximus, quem
 Gyam vocant, a Dauide pcreatus, stirpe vnius gentis in tot gentes (vt ipsi per
 suasum habent) ppagata. Estq; nō atro vt plurimi Æthiopū, sed candido co-
 lore. Garma vrbs regia, quæ nō muris nō parietibus constat, sed tabernaculis

Meroe olim
 regni Æthi-
 opici caput

Aurū apud
 Æthiopes q̄
 re vilis

Quas fruges
 arbores, q̄
 mas. & aia-
 lia Æthiopia
 ferat.

Arma Æthi-
 opum.
 Rei gio Æthi-
 opum.

Sacerdotū
 Æthiopū au-
 thoritas

Dij Æthiopū

Recentes Æ-
 thiopū mo-
 res

Pretoianes
 Gyan, siue
 p̄sbyter lat
 Æthiopiæ
 rex
 Auctoritas
 regibus per-
 missa
 Crux & vas
 terra refertū
 Æthiopiæ p̄-
 latus p̄cedit
 Sacerdotes
 coniugati
 sunt

Priorū æ-
 des in Æthi-
 opia.

Ordinū pio-
 rum familiæ
 in Æthiopia.
 Thomæ ap̄p̄i
 in Æthiopia
 summa vene-
 ratio.

Rex gyan
 nō est p̄s-
 byter

Didymo
 gemino
 vel dubio

De oim gentiū ritibus.

in ordinem digestis, ex serico, bisso, purpura intextis. Veteri instituto Rex in aperto agit: nec se intra mœnia plus biduo consistet: aut quia id turpe ducit, & molle, aut quod lege quadam non liceat. Decies centū millia hominū ad bellū instruit: quingentos Elefantos: quorū ad hæc: & Camelorū ingentem numerum: & hæc vel mediocri rerū motu. Suntque in tota gente familię stiper diarię, in quibus orti, signo crucis, velut cauterio insigniunt, cute leniter incisa. Arcu in bello vtiuntur, conto, lorica, galea. Sacerdotiū in summa dignitate, Secunda dignitas sapientū, quos balsamatos & Tenquatos vocant, tribuitur etiam non parū innocentię & probitati: quā primo sapientię gradu collocat. Nobilitati tertius habet honos, sequuntur stipendiarij, iudices de vita hominis decernunt, decretū ad præfectū vr̄bis deferunt, quem Lycomegian vocant. Locum regis is tenet. Legibus nullis exscripto vtiunt: ex bono & æquo iudicant: si quis adulteri sit conuictus, quadragesima bonorum omniū pars multa est: de adultera domestica vltio: illi quorū interest puniunt. Viri dotem constituunt ijs, quas sibi matrimonio iungunt, non aliunde quærunt. Mundus muliebris ex auro, quo gens plurimū abundat. Margaritis & serico, viri & foemine vestitu vtiunt ad pedes demisso, manicato, nec vsquam aperto, indifferetio colore, præterquā nigro, qui in ea gente luctificus est. Defunctos lugent quadraginta dies, lautioribus conuiuijs, secunda mensa crudę in feruntur carnes, quibus affabre concisis, resperisq; aromate avidissime vescuntur. Lanificio carent, sericū aut linum vestit totam gentem: non vnus omnibus sermo, sed varia loquendi ratio, varijsq; distincta nominibus. Agricul turam exercent, & rem pecuariā. Bina messis est illis: bina etiā æstas. Quicquid Libycarū gentium ab Æthiopia hac se: India vsq; ad occidentem solem, omnes Mahometis impietatem colunt, viuuntq; eodem fere cultu, quo & Barbari qui in Ægypto sunt hodie, & Mauri appellant, ab ipsa, vt credit, Maurorum euagatione: nam ea quoq; gens Libyæ non minus infesta fuit, quā Sarraceni: diris illis temporibus, quibus magna in humanis rebus facta est mutatio, mores gentiū, pietatis cultus, terrarū nomina passim immutata.

De Ægypto & ritu gentis vetusto.

Caput Quintum.

Ægyptus regio in Africā: vel scdm aliquos Africę proxima: ab ægypto Danai fratris sic appellata, quā prius Aeria dicebat. Hæc teste Plynio libro quinto, Ab oriente rubro mari, Assyriæq; coniungit: ab occidente Cyrenem & Africę residuū habet: a meridie vsq; in Æthiopiā protendit. A septentrione mare habet Ægyptium. Eius insignes vrbes fuere Thebæ, Abydos, Alexandria, Babylon & Memphis. Hodie Damiatæ & Soldani sedes ciuitas Chayrus siue Alcyra amplissima. In Ægypto (vt Plato inquit) nunquā visum est pluere, sed terrā ipsam Nilī inundatione quorannis post æstiuale solsticiū secundaria plarisq; inter insulas relata est: ita se Niloscindente, vt triquetra terræ deliniet figurā: quo contingit, vt a Græcæ literæ similitudine, sita multis Delta cognominata. Ægyptij omniū primi duodecim deorum nomina cōmentisunt, Aras & simulachra delubraq; statuisse credunt: anima

Regis Æthiopia opum potentia
Arma bellica Æthiopi
Sacerdotes in summo honore
Sapientibus scd̄s honor
Nobilitati terci honor
Legibus nullis Æthiopes vtiunt.
Adulteri multa
Dotem viri mulieribus constituunt.
Mundus muliebris omnis ex auro
Eius

Sermo
Studium
Cœlum
Mahometus etiā in Libia obseruatur.
Mauri in Ægypto
Magna in humanis rebus mutatio facta

Ægypti de notario de scriptio
Insigniores Ægypti ciuitates.
In Ægypto nunquā pluit.
Ægyptus delta appellata.
Qui primū deos cōmentisunt, aras & simulachra

Balsamatos
Lycomegian

Vestitu
Pauca

Mir
nus

Thebæ
Abydos
Alexandria
Babylon
Memphis
Damiatæ
Chayrus
Alcyra